

**Prefatio in opus transmarine peregrinationis ad venerandum et gloriosum sepulcrum dominicum in Iherusalē eius tū laudes tū fructus paucis attolens. intentionēq; exprimens auctoris et operis diuisionem Incipit feliciter.**

**S**Ancte et salubris profectionis atq; peregrinationis transmarine Iherosolimitane. laudes amplissimas. eximia dignitate. et pclaras uirtutes cupiens hac comendaticia extollere oratione. ita paucis utendum censui quo more gerā lectori. ut habeā nichilominus rationē dicendis quo orthodoxorum deuota pectora in eā prius fortassis inclinata. etiā atq; etiā faciam inclinatio. Atq; in primis hinc michi arbitror exordiu. q; cum perspicuū sit iuxta philosophicam assertio. nem a termino ad quem motū accipere speciem et rationem atq; etiam dignitatem. Hinc ex terre sancte super cūctas preminentia. huius peregrinationis laus et cōditio nobilis uenit. haud dubiū merita prima. q; obrem si uel summotenus attigero magnā excellentiam. maiorem p ceteris prestantiam. maximā progatiuam sancte illius ciuitatis Iherusalē et terre finitime (tamen si suapte pernotissimā) nō medio cre. immo pene euestigio proximā. in eam rem fecisse me accessionem. plurimamq; absoluisse comendationis partem. haud inuiriā existimabo. Gloriosa sane de ea ciuitate dicta sunt ab olim. psalmista teste. dicunturq; dicitur. quoniam ciuitas dei summi est. magni regis et domini uirtutum. cuius fundamenta in montibus sanctis. ita ut diligat dñs ipse portas syon super omnia tabernacula iacob. Geneleos quoq; testatur liber. quanta promissionū serie. terram hanc priori seculo uenerandis patribus ipse omnipotens deus pollicitus sit. unde et terra promissionis appellata est. eius terre uiuentiū que in celis est typum ex multis similitudinibus (quas breuitatis amore transco) q; apte pferens. Claratq; libro ex eodem. quemadmodum multarum gentium pater abrahā. diuo ammonitus iussu. paterno derelicto solo. egressus de terra sua et cognatione sua et domo patris sui. ad terram hanc festinauerit. figens tabernaculum suum Bethel inter et hay. in geraris bersabee cōmoratus et Ebron. Idem de ysaac Jacob Joseph quoq; et fratribus eius liquet. Hoc adiecto q; hij quoniam diu in terra ista semper esse nequibant. mortui saltē in ea exoptabant et magno pe desiderabāt